



Regula honestatis moralis seu tractatus theologicus tripartitus de regula moraliter agendi

In Duos Item Libros Dividitur: In priori potissima fundamenta, & principia moderni Probabilismi intrinseca exactè, & accuratè examinata multipliciter evertuntur, & non esse verè principia, ... In posteriori verò eundem cum modernis Decretis Pontificiis multiplici argumento ... ubi multa de ultimi ...

Camargo, Ignacio de

[S.l.], 1702

Sanctissimo Domino Nostro Clementi XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94767)

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

Ignatius Camargo Societatis IESV.

Felicitatem.



Uis Sanctissimis Pedibus, quibus geminus Orbis advolvitur, præsens Opus, eo, quo par est, obsequio sisto, Beatissime Pater: Plura, fateor, me ab hoc consilio dehortabantur, Tui fastigii dignitas, mei tenuitas ingenii, tempus, loci distantia: ex quibus à temeritate propius, quàm ab obsequio videbatur ex-



ter-

ternum hominem, longo locorum intervallo disiunctum, Tuam mortali fastigio Majorem, eoque uno, cujus gerit vices, minorem, id temporis interpellare Majestatem, quo undique ingruentes majores curæ aliò Augustam avocant mentem, & ferendo Orbi parem penè implent sollicitudinem. Sed vicit tandem timorem ratio, & ipsa muneris offerendi materies sibi offerentis vindicavit arbitrium. Cui enim potius hoc nuncuparem Opus, quod jactis solidioris morales Theologiæ fundamentis ad sanctiorem normam exigendos instituit mores, quàm Tibi, qui Christianæ Reipublicæ Vicarium fundamentum, ac basis Orbi universo ad omnem Sanctitudinis normam exactissimum Te, morum, & exemplum præbes, & exemplar? Summorum certè Pontificum, & Ecclesiæ Pastorum nihil magis proprium videtur, quàm creditas sibi Oves à noxiæ, imò etiam ancipitis doctrinæ pascuis arcere, ad salubria, atque tuta perducere: iisque propterea favere quàm maximè, qui aliquam hoc in Ministerio pro virili parte sibi operam præstant.

stant: Quod præclara tum aliorum San-
ctitatis Tuæ Decessorum, tum nomi-
natim Alexandri VII., & Innocentii XI.
exempla testantur. Horum enim uterque,
& plurimas, quæ Christiano gregi per-
niciem afferre suo usu poterant, nimis
laxas de moribus opiniones ab Ecclesia
proscripsit; & Doctorum eos, qui seve-
riora, ideòque sinceriora profeminarent in
publicum dogmata, peculiari benignitate
est amplexus. Alter scilicet Patrem Mi-
chaelem de Elizalde: cui per Eminen-
tissimum Cardinalem Sfortiam Pallavici-
num significari voluit intentionem suam,
ac desiderium, ut causam istam ageret,
& inchoatum jam opus *de recta doctrina morum*
perficeret; prout, & ipse Author inge-
nua confessione testatur lib. 8. quæst. 6. &
satis aliunde constitit. Alter vero Patrem
Thyrsum Gonzalez nostri Ordinis Ge-
neralem Præpositum: Cui & primarium
in Salmanticensi Academia Theologiæ Do-
ctorem agentem, quæ per Literas anno 1680.
suo nomine datas, quæ per suum in Hi-
spania Apostolicum Nuntium, ut *in præclaro*
Instituto explicandi materiam salutis animarum tam necessariam

(ipsissima sunt Epistolæ verba) *alacriter pergeret*,
stimulos addidit; & mox anno 1687. ad
supremam Societatis præfecturam evecto,
ut eandem severiorem doctrinam propa-
gatum iret, impensè commendavit. Quà-
propter, licet tam egregiis Doctoribus,
nullo conferendam modo tenuitatem meam
scirem; Non tamen sum veritus, ut meum
quoque in eadem sparta curanda saltem
conatum, atque studium benigne excep-
tura Tua Sanctitas foret. Præsertim cum,
ceu paulò ante indicavi, castigatissima
Tuorum integritas morum, quam ego
moralis disciplinæ severitatem calamo tueor,
dictis, factisque omnibus multò, & lu-
culentiùs exhibeat, & confirmet validiùs.
Publicum hìc famæ appello iudicium, à
quo procul omnis assentationis fucus, &
lenocinium. Ecquènàm alio calens à So-
le Regio, ecquis angulus, quò Tuarum
Summo sacrorum Præsìde dignarum vir-
tutum fama non pervaserit? Quæ igno-
rat natio, quantus eo emineas in fasti-
gio, quod tenes? hòc illo dignior, quò
magis invitus es ad illud accitus. Stupo-
re defixus demiratur adhuc Orbis infi-
gnem

gnem illam Tui animi moderationem,
cum jam mira Purpurati Senatûs consen-
sione ad Vicarium Divinitatis Solum ad-
motus, tridui mora animo obluētans, sup-
plicis Christiani Orbis librafti metus, vo-
ta distulisti: Nec aliter Religioni Te
suum deposcenti ad clavum dedisti ma-
nus, quā incussa obstriētus Religione.
Quō quid admirabilius suspexit Roma,
splendidius suis abdita latibulis hāresis,
universus terrarum orbis augustius? Pa-
ruisti tandem, & ad Principatum ob-
sequio pervenisti, supraque Trajani lau-
dem nihil magis à Te subiecti animo fa-
ctum est, quā quōd imperare capisti:
Cum interim illud in mediō reliqueris,
utrum à Te præclarius sit factum, quōd
merueris, an quōd parueris. Hac via ad
summum dignitatum apicem eum niti
par erat, qui is erat in eo futurus, ut
ex Principatu quidquid laboris esset, &
curæ sibi asserens, unam sibi gloriam ab-
nueret Principatûs. An non ea Te Tui
despicientia suspicit Roma? Quæ Te to-
ties mirata est, nunc expiandis animo-
rum noxis publicè in Templis aures com-

mo-

modantem, nunc in xenodochiis demissa
Majestate fercula ministrantem, nunc su-
prema pietatis officia è vita decedentibus
persolventem. Quid publicæ rei studium,
quid justitiam loquar? Alterum ingrave-
scens testatur Annona firmiore Magistra-
tu sublevata; & divini verbi pabulum
Supremi ipsius Pastoris ore Populo præ-
stitum ad imitationem Magni Leonis, &
Magni Gregorii inter sacrae liturgiæ so-
lemnia perorantium. Alterum Tuus ani-
mus insignibus prodidit documentis, qui
se adeò incorruptum justitiæ vindicem
semper probavit, ut illud Tibi Fabricii
Romani jure adscribi possit, *difficilius Te à recto,*
quàm Solem à suo cursu dimoveri possit. Quippe qui eam
Tibi, Tuisque legem statuisti, ut nec li-
ceat, quod libet, nec libeat, quod non
licet. Talem Te profectò præstas, Pon-
tifex Sanctissime, qui legibus omnibus
obsequentissimus, illi uni non obsequeris,
quæ Principem solum legibus dictat:
Cui semper à tergo imminere videtur
pallas illa Homérica, quæ coercitis cu-
piditatibus admonet, ut in Te ipsum
primum Principem agas, in alios Paren-
tem

tem potius, quàm Dominum . Itaque nemo erit, qui non videat, quantum non modò lucis ex Augusta Tui patrociniū umbra huic Operi, verum etiam momenti Tuo accedet ab exemplo. Nimirum ut Sanctissimarum Legum favor sibi diem speret, desperet libertas plus, quàm tot hic congesta rationum pondera, Tuum Augustissimum conficiet exemplum. Alter etiam in hoc Opere nuncupando subigendus fuit timor, ne tot curis, quibus hoc temporis Tuus distinetur animus, importunus obstreperem. Sed hoc me exolvit metu supra fortunæ vices erecta Tui animi magnitudo, qui omnia infra se despiciens Tuo gentilitio Sydere geminos supplens Castoras, Europæ tot bellorum fluctibus jactatæ serenam spondet tranquillitatem. Scimus nempe pacandis maximorum Regum dissiidiis optatæque stabiliendæ concordiæ quantus, opera, consilio, fufis enixè ad Deum precibus immineas: Nec alia ex causa assiduis distringeris curis, quàm ut Christianæ Reipublicæ tranquillum parias otium, Cui, & non Tibi Principatum

tum geris. Quo circa omni solutus metu, ea mihi propè audaciam faciente Tua spectatissima morum comitate, qua omnibus antecellis, hoc quidquid est Operis supplex de genu Tibi sisto: si minus ab ingenio, à studio saltem morum in melius conformandorum, quorum adeo numeris absoluta omnibus norma in Te elucet, Tibi probandum. Vive diù, & diem illum candidum profer, quem Tuis jam vaticinatus es lacrymis, quibus Tui Principatus auroram ubertim irrorasti, ut experimento Christianus Orbis sentiat, ab ALBANO Summo Sacrorum Præsede jure alba omnia fuisse speranda.